



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni
Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

Kinckius, Matthias

Coloniæ, 1662

De communicantium ablutione,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](#)

Si verò Hostia, vel in Missa sanguis
in terram, mappas vel liatea cadat, ser-
ventur Rubricæ Missalis Romanipræ-
missæ.

Praeterea Communione Sacerdos mi-
cas sacras, quantumcunque minimas,
quæ visum non effugiunt, unde quaque
maximo studio colligat ac sumat, quas
ut tatius, vel etiam aliquando super-
fluas hostias, sumere, alijsvè casibus cō-
modius occurtere queat, communione
populi post sumptum Calicem, ante
omnem ablutionem, quo ipse ieunus
remaneat, instituet, qua absolute, ablu-
tionem ante in Calice relicta sumat, di-
gitos abluat, & reliqua ex more peragat.

**DE COMMUNICANTIVM ABLU-
tione.**

Ablutio, quam singulis post modicū
intervallo à sumpto Domini corporis
offerri convenit, ex Calice (ut hactenus
multis locis ob scandalum scilicet &
errorem in plebe vitandum, non recte
est solitum) dari non debet, sed vel ex
Cyatho argenteo, vel in aurato, Calicis
figuram neutiquam imitante, & ad hos
specialiter confecto: vel certè ex poculo
vitreo,

nguis
, ser-
præ.
s mi-
mas,
aque
quas
iper-
scō-
nionē
ante
unus
ablu-
, di-
agat.
y.
dicū
pore,
enus
et &
recte
elec
aliciis
hos
culo
treo,

vitreo, forma ab illis, quibus in mensa
vrimur non nihil differente, & ad hunc
solum usum deputato.

Altera verò manu minister linteum
caudidum, & paululū serico ornatum,
explicatum offerat, quo is, qui ablutionem
sumpsit labia, & deinde minister
poculum, ex ea parte, qua communicans
ablutionem hausit, abstergere possit. Ne
autem alijs nauseam excitet, cum tot ex
codem vase bibunt, sèpiùs abstergen-
dum, & sensim in orbem vertendū erit.
Abstemijs autem, ut etiam febricitanti-
bus & infirmis vini loco, aqua si illam
petant, offerri potest.

Circa infirmos ramen notandū occur-
rit, illis ablutionem ex quo vel homi-
nes bibere consueverunt, vel æger com-
modè haurire potest, porrigi posse.

Cum verò aliquando, in vallis præ-
sertim, & apud pauperes, accidat,
nullum poculum conveniens, in de-
cumbentis rugurio haberet; Ecclesiæ
sumptibus, vasculum aliquod ido-
neum, quod facile in eandem bursam
cum Venerabili Sacramento inclu-
di, & ad infirmum deferri possit ex au-
xo vel argento confici debet. Nec omni-

nō displicer forma (si aptior non adsit) id
 cochlear imitans : cum illa commode præ-
 fatis videatur, quæ & una afferri facile
 & inde languens ablutionem dextrè sa-
 eis sumere queat ; dummodo materia sit
 aurum vel argentum , aut si aliam ma-
 teriam, ut cuprum vel aurichalcum, Ec-
 clesiæ paupertas adhibere cogat, omni-
 nō sit inaurata ; Ex nudo autem cupro
 etiam si stanno illiniatur non fiat ; cum
 hæc materia rubiginem & sordes illico
 contrahat, quæ vel sanis, nedum infi-
 mis, nauseam atque adeò vomitum faci-
 fiè concitet.

*UT AD INFIRMOS DEFERENDA
 sit Eucharistia.*

Ad ægroros ubi sanctissima Eucha-
 ristia afferenda erit, attendant Parochi, &
 quorum interest , ut id fiat cum summa
 religione ; populus pro concione mo-
 neatur & exciteretur, ut frequens eandem
 & luminaribus accensis comiteetur.

Indulgentiarum quæ in plerisque lo-
 cis Eucharistiam comitantibus concele-
 bræ sunt, vis & premium exponatur, aliaq[ue]
 ad populi devotionem in sacrosanctam
 Eucharistiæ promovendâ proponantur id n